Universitätsbibliothek Paderborn

R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

41 Et veniat super me misericordia tua Domine: salutare tuu[m] secundum eloquium tuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50645

Visual Library

41 Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine: ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuum.

Miſericordia à Deo petenda, non iudicium.

Iob 50. & 31.

Iob 9.

Heb. 4.

NNon petit venire ſuper ſe iudicium, non examen tanquam Sanctus exoptat, vt appendatur in ſtatera: ſed miſericordiam, & ſalutem. Hæc quippe miſeris neceſſaria eſt. Non enim poſſumus, iuxta Beati Iob ſententiam, reſpondere ei vnum pro mille. Adeamus ergo cum fiducia ad Thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur; & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. S. Ambroſius Miſericordiam, & ſalutem Chriſtum Dominum intelligit, qui toto pſalmo octogeſimo quarto, Benedixiſti Domine terram tuam, & prophetatur, & petitur: & pulcherrimè, & fusè ſatis digreditur ad illud Canticorum. Vox dilecti mei. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Videndus totus locus ſuauiſſimus.

Miſericordia, & ſalutare Dei eſt Chriſtus.

Cant. 2.

42 Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.

VEl reſpondebo hoc ipſum verbum, Quia ſperaui in ſermonibus tuis, Vel exprobrantibus mihi verbum, ſiue Hebræa phraſi, rem quampiam, haud dubium